



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

Arti. iij Resoluit dece[m] dubia emerge[n]tia circa habitudine[m] mentis  
ip[s]ius ministri celebraturi q[... ]tu[m] ad intent[i]o[n]em. vusum r[at]ionis.  
culpa[m] [et] gratiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34702**



## Secundum

veniat. Ideo in dubio tutius est abstinere. nisi vgens necessitas incubat vel deuotio specialis instiget. aut alias nulla idispositio debite reuerentie obuias assit. Ita sentiendum videtur de pollutione nocturna siue in somno siue in vigilia finiatur. Nisi si quis post euigilationem habeat consensu delicti ato complacentiam et delectationem cum appetitu futuri operis. in quo casu tutius abstinetur

**¶** Resoluit decem dubia emergentia circa habitudinem mentis ipsius ministri celebraturi quantum ad intentionem. usum rationis. culpam. et gratiam. **Arti. iij**

**I** Utrum ad conficiendum hoc sacramentum et celebrandum requiratur intentio ministri

**Solo.** Cum ad perfectionem cuiuslibet sacramenti requiratur intentio ministri. eo quod perfectio illa sit per actum humanam a voluntate procedentem que per intentionem determinatur et specificatur. constat quod maxime ad perficiendum et celebrandum hoc excellentissimum sacramentum exigatur intentio ministri. Unde et quidam glossa super **Mattheum** dicitur **Quantum intendis tantum facis.**

**¶** Que debeat esse intentio sacerdotis siue quid debeat intendere sacerdos consecrare volens.

**Solo.** In omnibus sacerdos debet intentionem suam conformare intentioni ecclesie. hoc est quod intendat illud facere quod ecclesia intendit et facit cuius ipse in hominibus est minister. Intendit autem ecclesia facere quod Christus fecit Christus pro transsubstantiauit panem in corpus suum et vinum in sanguinem per verba consecrationis. hoc etiam debet intendere sacerdos **Dubium**

**¶** Qualis intentio circa preparationem verborum consecrationis necessario requiratur. an scilicet semper actualis exigatur vel aliqua alia sufficiat

**Solo.** Intentio actualis non necessario requiritur. intentio autem virtualis siue necessaria est. Dicitur autem intentio virtualis cum prius habuit actualement intentionem consecrandi. et ex illa motus est ad consecrandum. posito quod actualiter non cogitet quando verba consecrationis profert. virtualiter manet prima intentio. et hec sufficit nisi contraria intentio sequatur. Verumtamen studiose curare debet sacerdos ut etiam actualem intentionem adhibeat alioquin timendum est quod a peccato non excusetur

**¶** Utrum sacerdos furiosus. lunaticus. vel alia ex causa usu rationis priuatus possit perficere hoc sacramentum et licite celebrare.

**Solo.** Quia ad consecrationem huius sacramenti requiritur intentio ministri. ut circa resolutionem primi dubij huius articuli patet. Exigitur etiam ad celebrationem deuotio et sumptius examinatio. ut infra dicitur. Ideo si quis ita usu rationis quacumque ex causa sit priuatus ut nunquam hec haberi possit. neque perficere potest. neque celebrare. Si vero raro usu rationis priuetur et illo frequenter utatur. neque obstat aliud impedimentum. perficere quidem potest eo ipso et celebrare dummodo habeat coadiutorem sacerdotem **Dubium**

**¶** Utrum demoniacus possit celebrare

**Solo.** Si fuerit ex toto literatus potest celebrare alias non potest quod per exper

**B i**



# Capitulum

- scientiam probari potest. Est autem tempus probationis arbitrarium iuxta discretionem prelati pensantis circumstantias persone vel dignitatis vel alia huiusmodi
- Dubiū** **vi**  
**Solo.** Utrum aliquis sacerdos existens in peccato mortali possit conficere hoc sacramentum et licite celebrare.  
**Solo.** Conficere potest sed non debet. quia profecrando peccat mortaliter. Unde cum talis celebrat duo peccata mortalia distincta committit. Unum quod indigne consecrat. aliud quod indigne sumit.
- Dubiū** **vii**  
**Solo.** Utrum celebratur? teneat esse certus quod non sit in peccato mortali.  
**Solo.** Triplex inuenitur certitudo. Quedam supernaturalis. que per solam diuinam reuelationem habetur. et talis hic non requiritur. Alia est naturalis qua quis per sensum vel intellectum euidenter certus est de aliquo. et illa etiam hic non est necessaria. Tercia est moralis siue civilis. que nec habetur ex reuelatione diuina. nec ex euidentia rei. sed ex probabilibus coniecturis magis ad unam partem quam ad alteram inclinantibus. et ad istam tenetur celebraturus in proposito dubio. ut scilicet post diligentem et sufficientem conscientie discussionem (de qua infra capitulo sexto articulo primo) certus sit modo predicto se non esse in peccato mortali. et hec certitudo hic etiam sufficit.
- Dubiū** **viii**  
**Solo.** Quid sentiendum sit de eo qui licet non sit in peccato mortali. tamen sine conscientiam scrupulosam estimat se esse in peccato  
**Solo.** Talis debet vel conscientiam scrupulosam deponere. vel desinet a celebratione cessare.
- Dubiū** **ix**  
**Solo.** Quid agendum sit si sacerdos postquam missam incepit vel ad incipiendum est paratus recordatur peccati mortalis de quo non est confessus  
**Solo.** Talis debet penitere cum proposito confitendi et satisfaciendi. et si habere possit confessorem statim confiteatur. nisi hoc absque graui scandalo fieri non possit
- Dubiū** **x**  
**Solo.** Utrum perpetrans peccatum luxurie et statim post hoc penitens et confitens possit licite illo die celebrare  
**Solo.** Non licet. sed abstinere debet ad minus per viginti quatuor horas. ut supra dictum est in articulo. ij. de polluto pollutione nocturna
- Arti. y.** ¶ Resoluit septem dubia que occurrunt circa ieiunium. sobrietatem et somnum ministri celebraturi
- I**  
**Solo.** Utrum sacerdos non ieiunus possit conficere et celebrare.  
**Solo.** Duplex est ieiunium. Unum est ecclesie. quo scilicet quis unam comestitionem unius diei non transgreditur. et hoc non soluitur per sumptionem medicine vel aliorum que non nutriunt dummodo in parua quantitate sumantur. Tale ieiunium non sufficit celebrandi. Aliud est ieiunium nature. quod est priuatio cuiuscumque suscepti in stomachum vel viam ad stomachum occupans per modum cibi et potus. siue nutriat siue non. vel per se vel cum alijs. Suscepti dicimus a principio diei a quo quis dicitur ieiunus. hoc est a mediano nocte. et tale ieiunium requiritur ad celebrandum. Unde si quis non